

REMISSIONES VEL, VT ALII COMMODIVS DICI ARBITRANTVR, RELEGA- TIONES, INSTAR MERCVRIALIS STATVAE INDI- CANTES, QVO, QUIQVE TEXTVM IVRIS CIVILIS, VERI, PER- spicui, solidiq; intellectus loco, vltra ordinarias leges à diuersis Docto- ribus Iurisq; interpretibus traditi ac explicati sint: In tres Partes diuisæ, quarum

PRIMA, iuxta ordinem Alphabeti, Legum, Pandectarum, explicationem in extraneis ac
alienis locis apud Doctores ostendit.

SECUNDA, ad ordinem titulorum Codicis accommodata, idem compendium Lectori
præstat.

TERTIA, consuetudinum feudalium enucleationes, apud varios autores diuersi in locis
dispersas, eadem serie continet.

III. Quibus adiuncta est notitia Orbis, & Romani Imperij, multò locupletior &
utilior alijs, quæ non tantum Magistratuum, officiorum, ac dignitatũ tam civilium quàm
militarium, sed & vera Reipublicæ instituendæ ratio continetur, cum remissionibus, ex
quibus desumpta sit autoribus commonstrations, longè utilissima.

OPVS ET IN SCHOLIS ET IN FORO VER-
SANTIBVS LONGE UTILISSIMVM, RAPHAELIS
SEILERI AVGVSTANI, I. C. AC IN AVGVSTISSIMI SACRI ROMANI
Imperij Cameræ supremæ Iudicio Assessoris, fide, studio, diligentiaq; in commu-
nem Reipublicæ literariæ vsum & utilitatem nunc primum
multarum rerum accessione in lu-
cem datum.

*Deelle Guillen
Peram
Costo. 36. 78*



GVM GRATIA ET PRIVILEGIO IMPERIALI SPECIALI
FRANCOFVRTI AD MOENVN,

M. D. LXXI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

TENOR PRIVILEGII SPECIALIS.

MAXIMILIANVS Secundus, Divina favente clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Sclavonia, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundie, Styrie, Carinthie, Carniola & Vuirtenbergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Notum esse volumus universis. Cum honorabilis, doctus noster & Imperij sacri fidelis dilectus Raphael Seiler Iureconsultus, & Imperialis Camera nostra iuratus Assessor, nobis quàm humillimè exposuerit se aliquos sua industria ad auctos atq. emendatos Doctorum lectione planè dignos & utiles libros publicæ editioni tradere decrevisse: vereri autem ne illi ipsi ab alijs quoque, qui alienis laboribus insidiantur, ac proprijs commodis cum aliorum iactura deferunt, non vulgari suo, suorumq. quorum opera ea in re usus est, dispendio, imprimantur, humillimè à nobis petierit, uti ipsum favore nostro Casareo, ac firmissimo privilegio contra emulorū fraudes ac dolos, tutum ac munitum elementer reddere dignaremur: Quod nos, qui eruditorū hominum conatus, qui in Rempublicam literariam multa quotidie commoda liberaliter conferunt, favore & gratia nostra prouehendos esse semper duximus, prædicti Raphaelis Seileri humillimis precibus elementer assentientes, eiusdem opera quæ sequuntur, nimirum Georgij Codinensis descriptionem de dignitatibus Imperatorum Constantinopolitanorum, officijs, Festis solennibus in palatio ibidem receptis: Item de coronatione Imperatoris Electione Despotæ, Hypersebasti Patriarchæ, Assistentia Venetorum, Genuensium, Pisanorum, & alijs, Selectissimas sententijs, Librum Remissionum Iuridarum in pandectas ordine legum Alphabetico in Codicem ac Fenda iuxta titulos, Georgij Piscini quoq. nūquam antehac ullibi excusum Repertorium, alphabetica itidem serie super Doctores Iuris, &c. privilegio nostro donauerimus, adeoq. hisce scienter, ac animo benè deliberato, & Casarea auctoritate nostra diserte donamus, & proinde omnibus ijs, qui in Sacro Romano Imperio ac Regnis Dominijsque nostris hereditarijs vel imprimendis vel vendendis libris vacant seu quacunque alia ratione librariam negotiationem exercent, tenore præsentium seriò inhibentes & vetantes, ne quis eorum supra scripta opera, posteaquam eiusdem Raphaelis Seileri studio ac diligentia in lucem prodierint, ad decennium ab editionis die proxime numerandum intra Sacri Romani Imperij, & omnium Regnorum ac Prouinciarum nostrarum fines, eodem vel alio charactere recudere, aut vbiusque recudenda dare, vel alibi impressa adducere, vendere, vel distrabere palam vel occultè ausit. Quisquis verò aliter fecerit, & interdictum hoc nostrum neglexerit, is debet non solum eiusmodi libris impressis, quos nimirum præfatus Seiler, vel eius heredes, aut mandatum habentes ab eo, auxilio Magistratus eius loci, aut sua quoque auctoritate apprehendere, & sibi vendicare poterunt, priuari: Verum etiam insuper decem marchis auri puri nostro Imperiali fisco fraudis vindici, & dicto Raphaëli Seilero eiusque heredibus ex quo solvendis, & numerandis multari. Dummodo tamen prædictus Seiler ex singulis editionibus antecessorum operum quinque exemplaria quàm primum suis sumptibus, ad Imperialem Cancellariam nostram eiusdem destinato Taxatori transmittat. Quod si neglexerit, hac nostragratia & privilegio neusquam gaudere poterit, sed eo statim priuatus & exutus esse censetur. Proinde mandamus universis ac singulis nostris, & Sacri Romani Imperij subditis ac fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus cuiuscunque gradus, status & conditionis fuerint, præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti sunt, vel superiorum suorum vel suo ipsius nomine ac loco Iuris & Iusticie administrationem exercent, ne quenquam hoc privilegium seu interdictum nostrum impunè violare, spernere vel negligere patiantur. Sed si quos contumaces compereant, præscripta pœna plecti, & quibuscunque rectè fieri potest modis, coerceri curent. Quatenus & ipsi gravissimam indignationem nostram ac eandem multam incurrere noluerint. Quod autem hæc rata & firma sint, hisce literis nostris testatum esse volumus. Quas dedimus ma-

REMISSIONES PRO¹ A INTELLECTV LEGVM.

In Dei nomine. Amen.

A



FFINITATIS. Instit. de nupt. Pro intellectu vid. Alciat. lib. 1. de verb. signific. cart. 2. Et quod dicit Bart. in l. qui eos. §. 1. de Apostil. Et eundem in l. si arrogator. de adoptio. col. 2.

AD *peremptorium. ff. de iudic. Loquitur iste text. ante diffinitiuam sententiam. Ita Bart. in tract. suo de *action. iud. car. *130. vers. quæsitū respicit, ipsam citationem. *alij, per-
emprariā.
*aliās, ordiat.
*alij 234.

§. AN seruo. Instit. de legat. vide Azo. in Summa *1. de leg. num. 3.

*alij, C.

AD REM *mobilem. ff. de procur. Ex hac lege nota, quod qui vult cōsequens, *cum velle, omne necessarium antecedens, quomodo procedit, vide Dec. in Rub. C. qui admit-
ti. num. 78. & 80.

*aliās, ad
rem pro-
prium.
*adde, vide-
tur.

A TITIO. ff. de furtis. Pro intelligentia istius tex. vide Doct. in l. 1. * ff. de leg. 1. in penult. cart. In illo articulo : De legato vniuersali. In illa limitat. quod requi-
ritur, quod legatum sit purum, non autem in diem etiam certam, quia licet non impe-
diat transmissionem legati, impedit tamen translationem dominij. Ias. ibi, num. 127. Et
*aduersus istum tex. Quia ego dico, quod ille *hæres, qui commisit furtum, non erat
nec seruus hæredis, nec seruus legatarij, nondum adita hæreditate. quod non esset hære-
dis ante aditam hæreditatem, probat ille tex. ibi, quia nec tunc, cum faceret furtum, eius
fuerit. * §. hæredis, qui nondum adierat hæreditatem, vt dicit text. ibi, ante hæredita-
tem aditam. Quod autem non sit legatarij, nec verè, nec fictè, probò : Nam legatum
non debetur nisi à tempore aditæ hæreditatis, iurib. vulgarib. Ergò, etc. Sic verè non est
legatarij. Quod autem non fictè, probò : Nam sicut hæreditas nondum adita hæreditate,
nō dicitur hæredis, vt probaui suprà. Ergò nec legatum est legatarij. Sed cuiuserit & ista
hæreditas, & istud legatū ante aditam hæreditatem ? Ad istud respondeo, quod erit * nul-
lius, est vera, & stabit in pendentem, donec adita fuerit, postea autem legatarij, & ratio est,
quæ ponitur in fin. tex. quia ea quæ legantur, recta via ab eo qui legauit, ad legatarium
transeunt, post aditam hæreditatem intelligat, quia aliās hæreditates stant in penden-
ti, & spectantū est quæ transit in hæredem & legatarium ante aditam hæreditatem.
Et hunc text. vide glos. mag. in fi. l. si hæredis seruus. de legat. 1.

ff. alibi omif-
sum.
*alij, aduer-
tas.
*aliās, ser-
uus.
*aliās, sed.
*aliās, nul-
lius interim,
sed stabit.

AD bestias. ff. de pœn. vide Alciat. lib. 2. parerg. c. 28.

ACTVS legitimi. quæ est reg. 78. de reg. iur. vide Alciat. lib. 3. parerg. c. 4. vide
Portium. Instit. de actio. tuto. num. 6. limit. vide Dec. in l. 1. C. qui admitti. num. 100. cart.
180. vers. præterea. in vlt. lectu. & ibi Doct. Rui. in Rubr. de verb. obligat. car. 2. & glo. in
verb. in diem. in §. omnis. Instit. de verb. oblig. & ibi Ozerium Alex. conf. 75. vol. 1. col. 2.

A limita.

DE NOVO CODICE FACIENDO.

TITVLVS I.



LEX VNICA. §. QVIBVS. Ex §. quibus specialiter. l. vnic. not. quoddam superflua sunt refecanda. Adde, quod in aliquibus casibus tolleratur superfluitas, vt per Felin. in c. solite benignitatis. de maiorit. & obed. §. eorum. vers. nolite.

De summa Trinitate & obedientia & fide Catholica.

TITVLVS III.

L. PRI. §. hanc Legem. gloss. in verb. divina. vers. infamia facti. An autem infames repellantur à testimonio, vide Socin. in fol. reg. 504. mihi verò, & c. 416. fol. 36. de reg. 513. fol. 57.

L. INTER CLAROS. De hac Epistol. quid sentiat Alciat. vide in Parerg. lib. 4. cap. 22.

L. NOS REDDENTES. §. omnes verò sacerdotes. gloss. in verb. Archimandrita. Adde gloss. in Authen. de Monachis, §. competens. colum. 1. & in c. dispensationis. primæ quæst. 11.

De sacrosanctis Ecclesijs.

TITVLVS V.

L. PLACET. Not. Ecclesie sunt exemptæ ab omnibus collectis, gabellis & exactionibus. Add. ad istam Legem. l. 2. infr. de Episc. & Cleric. & in c. 1. de immunita. Eccles. lib. 6. & c. quamquam pena. eod. & Clem. present. eod. & c. 1. de vit. in honest. cler. & c. generaliter. 16. quæst. 11.

L. IVBEMVS. Bald. in ista l. in 2. not. dicit, quod privilegium generaliter indultum non includit casum publicæ utilitati in contrarium; quem sequitur Ludo. & Florent. ibi plura allegans. conf. 436. colum. 2. Et idem sentit Bald. in l. id present. in fin. C. de privileg. lib. 11. Et plura, quæ conceduntur favore Reipub. per Lud. Rom. in l. si verò. §. de viro. 10. fol. ff. solut. matrim. Et per Felin. plenè, in c. nonnulli. colum. 2. vers. & ultra istos. extr. de rescriptis. Et plura, quæ fisci favore conceduntur, Bald. in l. 1. in fin. de hered. vel act. vend.

§. QVOD ETIAM eod. In ista l. iubemus §. quod etiam. in verb. corrigimus.

C c

ingloss

INCIPIUNT CONSVETV DINES FEVDORVM.

TITVLVS I

Ro hac materia scias quod causa Feudales multae observantur, & determinantur secundum consuetudines istas Feudorum, multae secundum ius Longobardorum, & multae etiam secundum ius Francorum, ut refert Iul. Ferret. in addit. ad Bart. in libello Contrarietatum Iur. civil. & Longobard. in proemio, in fin. addit. quod quando de Iure Longob. non invenitur aliquid cautum, tunc observatur Ius Roma, Bart. in d. Libello in Rubr. quando & quae pars purg. de deb. numero 6. & addit. etiam dictum Iul. Ferret. in lib. contrar. Iur. civil. & Longobard. post Bart. in proemio ibi tractat, de vi & potestate Iuris Longobard.

DE his qui Feudum, &c.

Dic quod omnis non recognoscens superiorem, & qui gerit se pro principe, potest dare in feudum. Paris. conf. 1. numero 67. lib. 1. In §. 1. in vers. quod hodie. add. q. nec ex dispositione patris posset fieri, quod unus ex filiis, puta primogenitus tantum vel in maiori parte Feudum acquireret. Paris. conf. 10. col. 1. libro 1. Fallit textus iste in Feudo Marchionatus, Comitatus, ut de prohib. feud. alien. per Fed. in §. praeterea Ducatus. Limita ut ibi add. in §. fin. autem unus. Hoc non servatur in Regno Neapolitano, ut testatur Afflict. decis. 293. Et hoc intellige in feudo novo, ut per eum ibi. Vide tamen pro declaratione quae late tradit Soz. Iun. conf. 103. lib. 2. Et quod in feudo antiquo frater succedat fratri iure accrescendi, secus in novo, & est communis opinio, ut per Paris. conf. 6. col. 1. lib. 1. Et de his vide quae add. ad Bart. in L. si mihi & Titio, col. fin. ff. de verb. oblig.

Limita hunc textum, ut non habeat locum, quando Feudum datur a principe vel alio non recognoscente superiorem, quia tunc habebit locum ius accrescendi, ut est communis opinio, ut per Alex. d. L. si mihi & Titio. Et per Franc. Curt. in Tract. de Feud. chart. 197. in parvis. 2. parte. vers. tertia principalis. num. 70. & 71. licet ipse postea contrarium teneat in chart. 200. vers. quid tenendum. Add. quod cum opinione Alex. tenuit Soz. Iunior. conf. 73. num. 22. lib. 1. Haec limitatio dupliciter sublimitatur, ut per ipsum Curt. 202. vers. 2. principaliter. Add. quod in investitura possunt esse talia verba, quod etiam in Feudo novo transuersales possunt succedere, ut pulchre per Paris. conf. 6. col. 1. lib. 1. Si dictum fuit, quod vult tale feudum esse individuum, nam ex hoc apparet, quod dominus voluit alterum alicui succedere. Paris. d. conf. 6. col. 2. tamen ibi dicit, quod tunc superstes soluet estimationem partis feudi quae erat praemortui ipsi domino. Item alius est casus similis quando dominus concessit pluribus fratribus Feudum in solidum, puta dicendo: Quibuscunq. Nam similia verba distributiva in solidum, & tunc habet locum ius accrescendi. Paris. d. conf. 6. col. 3. Idem Curt. in tract. de feud. chart. 204. Limita ubi dicit, quod si concedens utitur his verbis: Concedo vobis Petro & Iohanni & cuilibet vestrum, &c. videtur concessisse in solidum. Ideo habet locum ius accrescendi.

Sublimita tamen hoc ut ibi per eum in praalleg. loco. Item quando dictum est: Concedo vobis & cuilibet vel unicuique, nam hoc casu etiam frater fratri succederet, ut testatur Paris. d. conf. num. 18. & seq. lib. 1. Sed contrarium videtur tenere Curt. in tract. d. feud. chart. 204. Item quando unus recipit pro se & pro alio absente, non habet locum ius accrescendi, ut not. Paris. ind. conf. 6. num. 23. lib. 1.

In glos. frater. circa medium. in vers. foemina enim non, &c. Add. quantum casum, scilicet, quando pro feudo nullum praestetur servitium. Item quantum, quando

IMPRESSVM FRANCOFVRTI
AD MOENVM, PER MARTINVM
LECHLER, IMPENSIS HIERONYMI

Peyerabends, Anno à natiuitate Christi:



M. D. LXXI.